Quelle: https://manuscripta.at/?ID=236
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



563

Et regnauit in anno centesimo tricesimo vij. regni grecorum. Iudicibus illis exortis exiliit filij iniqui. et suaserunt multis dicentes. Eamus et disponamus testamentum cum gentibus qui circa nos sunt. quia ex quo recessimus ab eis. inuenerunt nos multa mala. et bonus visus est sermo in oculis eorum. et destinauerunt aliquos de populo. et abierunt ad regem. et dedit illis potestatem. ut facerent iustitias gentium. Tu. ℟.

Refulsit sol in clipeis aureis et resplenduerunt montes abeis. et fortitudo gentium dissipata sunt. ℣ Erat enim exercitus magnus valde et fortis et appropinquabat iudas et exercitus eius in prelium. et fortis. r. v.

Et edificauerunt in solo iuuenum gimnasium. secundum leges nationum. et fecerunt sibi preputia. et recesserunt a testamento sancto. et iuncti sunt nationibus. et venundati sunt ut facerent malum. et paratum est regnum in conspectu antiochi. et cepit regnare in terra egipti. ut regnaret super duo regna. et intrauit egyptum in multitudine grauium curribus et elefantis. et equitibus et copiosa nauium multitudine. et statuit bellum adversus ptolomeum regem egypti. T.

Impetum inimicorum ne timueris memores estote quomodo salui facti sunt patres nostri. et nunc clamemus in celum et misebitur nostri deus ut. ℣ Memento te in tabernaculum eius quia fecit pharaoni et exercitui eius in mari rubro.

Et fuerit. r. vj. et inuasit ptolomeus aciem eius. et fugit. et ceciderunt multi vulnerati multi. et comprehendit ciuitates munitas in terra egypti. et accepit spolia de egypto. et iuit antiochum postquam pacificauit egyptum. in centesimo et sexto. et tertio. anno. et ascendit